

Refutatur 2.

Sicut essentia continet plura absque distinctione: ita relatio habet ab essentia simplicitatem, substantiam, & alia.

Eadem relatio est persona, origo, & relatio, & res subsistens.

Confirmatur improbatio.

Si Pater est unum quid duabus rebus concretum, essentia quae est res una simplex distinguitur ab eo re ipsa, & sic ab alijs personis.

Responsio.

Refutatur ex eodem Conc.

1. 3. 2. sent. Scoti. Bañes.

1. Improbatio vt in 1. sent. n. 6.

2. Improbatio vt n. 9.

3. Improbatio. Sine oppositio- ne non est distinc- tio in re

res cum singulis. Et praeter hoc, relatio diuina habet ab essentia modum entis perfectum, scilicet simplicitatem, & substantiam, & alia; sunt enim relationes subsistentes, & simplices: quare hoc etiam habent diuinae relationes, vt in sua simplicitate, & identitate contineant plura sine distinctione reali; est enim relatio eadem persona, origo, & relatio, & res subsistens. Et eodem modo relatio diuina cum ea cui non opponitur, est res eadem; sicut essentia cum relatione est res vna. Sed probatur, quod ipsa essentia sit res quarta, si spiratio actiua dicatur esse res quarta: nam ea hypothese data, Pater est vnum quid duabus rebus concretum scilicet paternitate, & spiratione; ergo Pater distinguitur re ipsa ab essentia, quae est res vna simplex; & eodem modo persona Filij constans duabus relationibus, est res distincta ab essentia diuina; ergo essentia est res quarta distincta scilicet a Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Quod si dicas essentiam non esse distinctam ab Spiritu Sancto, in quo est vna sola relatio, non dux vt in Patre, & in Filio; & ideo essentiam non esse rem quartam distinctam a tribus personis: saltem sequitur essentiam esse rem distinctam a Patre, aut a Filio, quod est quoque contrarium verbis Concil. Lateranensis statim recitandis. Dicendum igitur est spirationem actiuam, quae non opponitur relatiue paternitati, neque filiationi, non esse rem aliquam ab illis distinctam; sed esse rem omnino eandem cum his duabus relationibus singulariter; sicut essentia diuina est res eadem cum singulis tribus personis.

Alij sunt quibus placet cum Scoto relationes has distingui formali distinctione. Quae tamen opinio non est probabilis, quamuis Thomistarum nonnullis placeat. Probatur iisdem argumentis, quibus Durandum arguimus. Nam distinctio formalis est aliquo modo realis, vt lib. 1. explanauimus; est ergo spiratio actiua res quarta, & efficit compositionem in Patre: & vt est res distincta, vel sine origine est, vel per originem. Nam in distinctione formali verè sunt res duae distinctae, licet non simpliciter duae, vt lib. 1. exposuimus. Hoc idem probatur manifestò, quoniam sine oppositio- ne non est distinctio, vt ibidem

**A** docuimus, quauis id neget Durand. in 1. d. 13. paternitas autem & spiratio actiua non opponuntur, vt S. Thomas notauit 1. p. q. 32. artic. 3. ad 3. non ergo distinguuntur, iuxta illud axioma, quod non interiecta relationis, aut originis oppositio omnia ad vnitatem rediguntur. Quare absque dubio, eodem caractere notanda est haec opinio, quod damnatur distinctio formalis realis attributorum lib. 1. Et confirmatur, quoniam si absolutum, & relatum in persona eadem diuina nullatenus distinguuntur, cum sint differentiae entis quasi genericae; minus credendum est in eadem persona distingui relationes duas, quae pertinent ad idem genus relatorum. Aliàs tanta esset distinctio relationum in eadem persona diuina, sicut in subiecto creato; siquidem relationem a fundamento solummodo distinguimus formaliter: nam in eodem homine qui est vnus Filius, alterius Pater, paternitas, & filiatio fundantur in eadem forma substantiali, a qua formaliter distinguuntur, & ideo haec relationes creatae sola distinctione formali sunt distinctae inter se: quae tamen distinctio formarum, ab vnitatem recedit, & compositionem efficit; non ergo eadem distinctio est in Deo Patre inter paternitatem, & spirationem. Aliàs vnitatem Patris minor erit, quam vnitatem Spiritus Sancti; nam in vnitatem Patris inuenitur in re ipsa numerus aliquis duarum relationum: in Spiritu Sancto nullus.

**C** Hanc tamen opinionem quidam sunt qui vt faciant probabilem, sic moderantur. Ajunt spirationem actiuam a paternitate, & filiatione distingui formaliter, non in genere entis, sed in genere relationum. Hi tamen Auctores videntur ignorare genus relationum, quoddam esse genus entis: nam ipsum, ad, relatiuum, ens quoddam est, vt hoc libro docuimus. Si ergo vel in ipso relatiuo ad aliud, est formalis realis distinctio; profectò distinctio rerum est.

**D** Alij magis absurdè commentantur; docent enim spirationem actiuam non distingui formaliter ab illis relationibus absolute; sed ipsam relationem spiratoris, prout est in Patre, & Filio, distingui re ipsa ab utroque. Mira sanè

ipsa contra Durand.

S. Thom.

Axioma S. Anselmi.

Césura huius sent. vt lib. 1. c. 43. p. 1. n. 14.

Improbatio confirmatur 1.

à fortiori, ex indistinctio-

ne inter abso-

lutum, & relatum in eadem persona.

Confirm. 2.

In eodem ho-

mine paternitas, & filiatio

sola distinctio

formali distinguuntur

inter se.

Confirm. 3.

In dicta sent. vnitatem Patris

minor erit quam vnitatem Spiritus Sancti.

14. Dicta sentent. 1. explicatio.

Refellitur.

Spiratio distinguitur in genere entis si

distinguitur in genere relationum.

15. 2. explicatio magis absurda

Confutatur opinio



Spiratio per hoc quòd cum Patre & Filio simul coniungitur, nihil magis distinguitur à singulis.

Ostenditur exemplo essentia, de quo lib. 1. c. 43. p. 2. n. 4. & cap. 44. n. 10. &c.

Adde alias rationes ibi.

16.  
1. Corollar.  
S. I. homa.  
Spiratio sola ratione formali distinguitur à Paternitate, & filiatione.

17.  
2. Corollarium assertio tituli.

18.  
S. Thom.

S. Athan.  
ait hæresim de quaternitate esse pudendam.

19.  
Conc. Later.  
vt n. 11.

opinio: nam si hæc relatio ita coniuncta est cum Patre, vt sit omninò res eadem absque vlla distinctione, & eodem modo est coniuncta cum Filio; per hoc quòd cum vtroque coniungitur, nihil magis distinguitur à singulis: aliàs etiam essentia diuina, prout est in Patre, & Filio, erit ab vtroque aequalitèr distincta, quod libro 1. falsum ostensum est. Idem verò est de spiratione actiua dicendum, nihil enim reale additur isti relationi per hoc quòd est in Patre, aut per hoc quòd est in Filio: aliàs si ista relatio prout in Patre est, haberet illud additamentum, etiam ab eo singularitèr distingueretur. Iisdem ergo rationibus probatur, relatio ista non distingui ab vtroque simul, quibus hoc ipsum de essentia diuina lib. 1. commonstrauimus.

Colligendum ergo est vt indobium pronunciatum id quod S. Thom. docet, quòd relatio spiratoris solâ ratione distinguitur à paternitate, & filiatione; ratione, inquam, formali, sicut attributa distinguitur.

Ex quibus colligitur quatuor relationes diuinas non esse res quatuor, sed res tres, eò quòd illa quarta relatio, quæ est actiua spiratio, non est res quarta, quia non est res distincta ab illis duabus, à Paternitate scilicèt, & Filiatione.

#### Confirmatio.

QVòd spiratio actiua non sit res quarta distincta à paternitate, & filiatione, atque adeò quòd relationes diuinae non sint res quatuor, docet S. Thom. 1. p. q. 32. artic. 3. ad 3. cum quo omnes Theologi vno animo concordant. S. etiam Athanas. in epistola ad Epitheatum pudendam hæresim esse ait, quaternitatem vilo modo pro Trinitate inducere.

Hæc sententia confirmatur auctoritate Concil. Lateran. sub Innocentio 3. quod habetur cap. *Damnatus*, vbi sic dicitur, *Credimus, & confitemur vnâ cū Petro* (scilicèt cum Magistro sententiarum) *quòd vna quedam res est incomprehensibilis quidè & ineffabilis Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, tres simul persone & sigillatim qualibet earundem; & idè in Deo solummodò Trinitas est, non quaternitas.* Qua definitione admirandum est non fuisse Durand.

A dum deterritum, qui audacissimè concedit esse in Deo quaternitatem rerum. Explicat Durandus Concilium definisse non esse quatuor personas, quia Abbas Ioachimus obiebat Magistro sententiarum, quòd quaternitatem inferret, scilicèt tres personas, & essentiam quasi quartam; quod explicat Durandus quasi quartam personam: & ita ait damnari à Concilio quaternitatem personarum, non quaternitatem rerum.

Ostendemus tamè euidentissimè explicationem istam esse fictam, & commentitiam. Primò, quia neque Magister posuerat quartam personam; neque Ioachimus id obiebat, quod Magister nò posuerat: sed dicebat Ioachimus, induci à Magistro essentiam quasi quartam, hoc est, quasi rem quartam à personis distinctam. Non ergo Concilium damnauit solam quaternitatem personarum; cum non esset disputatio de quarta persona; sed omninò quaternitatem rerum à Deitate repulic: aliàs id quod erat erroris argumentum iuxta explicationem Durandi, scilicèt quòd essentia sit quarta persona, fuit à Concilio expressis verbis confutandum; de qua tamen re nulla est mentio in verbis Concilij. Igitur idcirco negat Concilium quaternitatem, ne intelligamus essentiam esse rem distinctam à personis: quare nihil clarius negat quàm rerum quaternitatem. Deindè ipse Durand. fatetur, id quod fatendum erat, definitione ea Concilij decerni etiam, vt essentiam non distinguamus simpliciter à personis: quia illa res essentia incomprehensibilis, est sigillatim vnaquæque persona. Ex quo decreto alterum decretum deducitur à Concilio vt Trinitatem confiteamur non quaternitatem: nulla ergo distinctio rerum ponenda est qua inducamus quaternitatem. Imò Concilium idè definit essentiam non esse distinctam à personis, ne quaternitatem in Deo ponamus; ergo non est ponenda quaternitas rerum etiam in relationibus. Et confirmatur, quoniam cum relatio hæc, scilicèt spiratio sit res diuina, & adoranda, & non sit Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus, sed res quarta, vt Durandus ait; consequitur vt non Trinitas, sed quaternitas nobis adoranda sit: quod est planè hereticum.

C

D

Commentari<sup>9</sup>  
Durand.

Ait damnari quaternitatem personarum, nò quaternitatem rerum.

20.

Improbatur 1.  
Magister nò posuerat quartam personam, sed essentiam quasi quartam, hoc est, quasi rem quartam, & hoc ei obiebat Ioachimus.

Improbatur 2.  
ex Concilij decreto quoad distinctionem essentia, Durando fatente, vt n. 10.

1. Confirmatio improbatio- nis.

Et ite;



21.  
2. Confirm. ex  
eodem Concil.  
Cap. Firmi-  
ter.

Et iterum auctoritate eiusdem Con-  
cilij firmatur hæc sententia, in quo defi-  
nitum est, & habetur Cap. Firmiter, per-  
sonam Patris esse simplicissimam; ergo  
in Patre non sunt res duæ distinctæ, sci-  
licet paternitas, & spiratio actiua: quod  
idem dicendum est de Filio. Quamobrè  
hæc opinio Duradi erronea est, & hære-  
si proxima, quam ipse fatetur quosdam  
sua ætate dixisse erroneam; sed leniori-  
bus argumētis improbatam, quæ ille re-  
fellit vt potest, Ecclesiæ iudicio sese sub-  
mittens.

PARS POSTERIOR.

Quatuor sunt in Deo relationes reales.

1.  
Prænotand.  
Tres relatio-  
nes, sc. Pater-  
nitas, filiatio,  
& spiratio pas-  
siua, sed quæ re  
ipsa subsistit  
et, constituunt  
distincta subsi-  
stentia, seu hy-  
postases.  
Spiratio actiua  
non ita.

**E**X disputatione priori liquet in Dei-  
tate esse tres relationes re ipsa di-  
stinctas, scilicet paternitatem, filiatio-  
nem, & spirationem passiuam: quæ re-  
lationes eò quòd re ipsa sunt distinctæ,  
constituunt distincta subsistentia, quæ  
sunt tres hypostases, Pater, Filius, &  
Spiritus Sanctus: spiratio verò actiua  
quæ nõ est res distincta à Patre, & Filio,  
siue à paternitate, & filiatione, non con-  
stituit hypostasim; sed est cõmunis dua-  
bus hypostasibus, à quibus non distin-  
guitur scilicet à Patre, & Filio; sicut na-  
tura diuina illis communis est, & ab ijs-  
dem non distinguitur.

2.  
Consequitur  
resolutio sic.  
Spiratio actiua  
ratione forma-  
li distiguatur  
ab illis tribus  
relationib: vn-  
de quatuor  
sunt, &c.

Consequens autem est vt spiratio ac-  
tiua saltem definitione, & ratione for-  
mali sit distincta ab illis tribus relatio-  
nibus: neque enim Pater per paternita-  
tem refertur ad Spiritum Sanctum, sed  
per spirationem actiuam; necesse est er-  
go distinguere saltem ratione formali  
paternitatem, & spirationem actiuam.  
Quapropter S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2.  
doctè obseruauit necessarium esse, vt cõ-  
sideremus relationes diuinas nomini-  
bus abstractis, quas sic dicimus notio-  
nes, & proprietates, ad explicandum  
quomodò vna persona diuina referatur  
ad personas duas, verbi gratia, Pater ad  
Filium, & Spiritum Sanctum; contra Pre-  
positium, qui negauit in diuinis notio-  
nes, & proprietates: quia ergo non eã-  
dem relatione refertur Pater ad Filium,  
& Spiritum Sanctum, sed Paternitate ad  
Filium, spiratione ad Spiritum Sanctum  
refertur, dicimus has relationes duas in  
Patre, etsi non sint res duæ.

Ostenditur  
ex S. Thom.  
In Patre (&  
sic in Filio) sũt  
relationes rea-  
les duæ consi-  
derandæ neces-  
sariò, vt refera-  
tur ad perso-  
nas duas, cõtra  
Preposit.

**A** Quæ doctrina videtur viros etiam do-  
ctos in illum priorem errorem coniecisse  
vt spirationem à paternitate, & filia-  
tione, saltè formaliter distinctam po-  
neret: Patres enim, & Theologi nume-  
rant relationes quatuor, scilicet pater-  
nitatem, & filiationem; spirationem acti-  
uam quæ est in Patre, & Filio, & passiuam  
quæ est in Spiritu Sancto procedente;  
relationes verò quatuor nõ possunt nu-  
merari, nisi inter se distinguantur: est e-  
nim numerus in multitudine, & in eis  
quæ distincta re ipsa sunt. Cum ergo sint  
quatuor relationes ex natura rei (aliàs  
nõ essent reales relationes) videtur cõ-  
sequi vt sint saltè ex natura rei distin-  
ctæ: & similiter paternitas, & spiratio in  
Patre, siquidẽ sunt relationes duæ, erunt  
etiam res duæ.

Facit nonnihil ad hoc argumentum,  
quòd relatio est quædam res; sicut ergo  
non numeramus species quin simul nu-  
meremus genus; ita non possumus nu-  
merare relationes, cum relatio sit pars  
entis, quin simul numeremus ens: sunt  
ergo relationes plures, entia plura, vel  
res plures; vel non sunt dicendæ relatio-  
nes plures, sed vna relatio.

**C** Dicendum est tamen, hunc quaternari-  
um relationum diuinarum nõ esse nu-  
merum realem etiam transcendentem,  
qui est numerus eorum, quæ sine quan-  
titate numerantur: nam numerus realis  
etiam transcendens equatur multitudi-  
ni, constat enim pluribus rebus distin-  
ctis; sed relationes duæ nullo modo sunt  
quatuor res, sed tantum tres res, vt do-  
cuimus; quia spiratio actiua non est res  
distincta à paternitate, & filiatione: er-  
go quaternarius relationum non est nu-  
merus realis: sed neq; est numerus mix-  
tus, ex reali, & rationis numero confla-  
tus.

**D** Reliquum ergo est vt sit numerus  
rationis, quo non numeramus res, sed  
rationes formales; sicut enim misericor-  
diam, & iustitiã dicimus attributa duo,  
non quia sunt res duæ, sed quia sunt duæ  
rationes formales: ita paternitatem, &  
spirationem actiuam dicimus esse rela-  
tiones duas; non quòd sint res duæ, sed  
duæ rationes formales, vt statim expli-  
cabitur. Cum ergo dicuntur quatuor  
esse relationes ex natura rei, hoc verum  
est, ita vt coniungatur particula ex na-  
tura rei cum relationibus; relationes e-  
nim diuina, quæ quidem sunt ex natura  
rei,

3.  
Obiectio dedu-  
cens ad 2. sent.  
de qua p. 1. n. 5.  
& 12.  
Patres, & The-  
ologinumerat  
quatuor rela-  
tiones reales,  
scu ex natura  
rei.

4.  
Confirm.  
Non numeramus  
species, quin simul nu-  
meremus ge-  
nus.

5.  
Ad obiectionẽ  
responsio.  
Quaternarius  
relationũ diu-  
narum nõ est  
numerus rea-  
lis etiam tran-  
scendens.  
Ostenditur.

Non est nume-  
rus mixtus ex  
reali, & ratio-  
nis numero.  
Est numerus  
rationis nume-  
rantis, nõ res,  
sed rationes  
formales.

Exemplum  
attributorum.  
Relationes di-  
uina quæ sunt  
ex natura rei,  
seu reales, sunt  
quatuor, sed nõ  
sunt quatuor  
ex natura rei.



rei (aliàs non essent reales) sunt quatuor; non numero reali, sed numero rationis. Si verò ex natura rei coniungantur cum numero, falsum est esse quatuor ex natura rei, quia non sunt quatuor nisi per operationem intellectus.

6.  
Replica contra exemplum: Scilicet. relatione esse nomen rei: attributum significare formaliter non rem, sed attributionem rationis.

7.  
Propugnatur exemplum S. Thom.

Vt attributa sunt duo, ita relationes sunt duae.

Ostenditur 1.

Ostenditur 2.

8.  
Pro solutione replicae 1. obser.

Dum distinguimus attributa diuina, non distinguimus attributiones rationis, sed rem ipsam, scilicet Deitatem.

Sensus huius, Deus non intelligit per voluntatem, hoc est, per ipsam rem, quae est voluntas sub conceptu voluntatis.

Et accrescit difficultas; nam relatio est nomen rei, quare videtur quod relationes duae sint res duae: attributum enim significat formaliter non rem, sed attributionem rationis, licet nomen ipsum accipiatur pro re; & idcirco duo attributa non sunt res duae, sed duae rationes formales. Cum ergo nomen, relatio, non significet formaliter aliquid rationis, sed rem ipsam, duae relationes erunt res duae; ergo cum paternitas, & spiratio actiua sint relationes duae, aliquam habent realem distinctionem, vt sint res duae dicendae; vel non dicendae sunt relationes duae.

At verò S. Tho. 1. p. q. 32. art. 3. ad 3. ait quod sicut attributum misericordiae non est attributum iustitiae, ita paternitas non est spiratio actiua; quod proculdubio verum est: nam ab omnibus Theologis numerantur relationes quatuor; quare paternitas, & spiratio sunt relationes duae; duo autem sunt non vnum, sed vnum, & vnum, & hoc non est illud: neque enim numeramus absque vnitatibus, & distinctione; ergo haec relatio non est illa, aliàs duae non sunt, sed vna. Praeterea haec propositio est falsa, Paternitas est relatio ad Spiritum Sanctum; ergo haec est falsa, Relatio ad Filium est relatio ad Spiritum Sanctum: ergo haec est vera, Relatio ad Filium non est relatio ad Spiritum Sanctum; ergo haec relatio non est illa relatio; ergo paternitas non est spiratio actiua; aliàs relationes diuinas confundimus.

Aduertendum igitur est, quod dum distinguimus attributa diuina, non distinguimus ipsas attributiones, quae sunt relationes rationis; sed potius per istas attributiones, & notiones distinguimus cogitatione rem ipsam, quae in se vna est, & simplicissima. Quapropter cum dicimus Deum non intelligere per voluntatem, non est sensus quod non intelligat per respectum rationis quo voluntas vocatur attributum; sed sensus est quod non intelligat per ipsam rem quae est voluntas, quatenus à nobis intelligitur vt voluntas; sed intelligit per rem ipsam

A quatenus concipitur vt intellectus. Res ergo diuinæ sunt de quibus loquimur, de quibus amamus, & negamus, quas etiam distinguimus; ita tamen vt distinctio non fit in rebus ipsis, quas vocamus attributa, sed in nostro intellectu. Hinc etiam fit, vt negemus misericordiam quatenus misericordia est, esse iustitiam; quia quavis de ipsa misericordia loquamur, quae est res diuina, eademque res sit iustitia; tamen quatenus misericordia est, hoc est, sub conceptu misericordiae definito, non est iustitia: quia ratio formalis iustitiae est re ipsa iustitia, sub conceptu tamen iustitiae definito. Ita que sermo nobis est de rebus ipsis, sed distinctio, & negatio vnius de altera, est in solo intellectu, vt lib. 1. docuimus.

Deinde obseruandum est, quasdam propositiones habere sensum formalem ex ipsa terminorum proprietate; vt, Essentia generat, est falsa; quia facit hunc sensum, quod non res quae est essentia, sed essentia quatenus essentia est, generat: nam in sensu identico res quae est essentia generat, scilicet Pater generat; & haec dicitur à Dialecticis nominum appellatio formalis, ita vt ex verborum propria appellatione, siue copulatione sit formalis, absque particula reduplicatiua, quae sensum formalem facit: non enim opus est dicere, Essentia quatenus essentia est generat, vt sensus sit formalis; sed simpliciter haec praepositio, Essentia generat, facit sensum formalem. Relatio ergo quia secundum propriam differentiam est ad aliud, affert sensum formalem; quare cum dico, Paternitas non est spiratio actiua; sensus formalis est, ac si dicerem, Paternitas quatenus paternitas non est spiratio actiua, quae propositio negans haud dubie vera est, sicut

D ista, Misericordia quatenus misericordia est non est iustitia. Quod autem relatio afferat sensum formalem, probatur euidenter: nam haec propositio est absolute falsa, Paternitas est ad Spiritum Sanctum; cum enim paternitas secundum propriam differentiam sit ad Filium, falsum est dicere quod sit ad Spiritum Sanctum. Itaque absque particula reduplicante sensus formalis est, cum paternitas sit ad Filium, spiratio ad Spiritum Sanctum. Et eadem ratione est vera propositio, Haec relatio non est haec relatio; quoniam notae illae singulares, haec & haec

Ratio formalis iustitiae est re ipsa iustitia sub conceptu tamen iustitiae definito.

9.

2. Obseruand. Quaedam propositiones habent sensum formalem ex propria, ac formali nominum appellatione, seu copulatione, etiam absolute loquendo, & absque particula reduplicatiua.

Ita haec. Essentia diuina generat.

Item relatio quia secundum propriam differentiam est ad aliud, affert sensum formalem, vt in hac, Paternitas non est spiratio actiua.

Probatur de relatione.

Paternitas secundum propriam differentiam est ad Filium, spiratio ad Spiritum Sanctum.

Sic cum dicitur, Haec relatio non est haec relatio, sensus est formalis.



& hæc, indicant differentias relationum que sunt ad terminos diuersos: faciunt ergo sensum formalem, ac si diceremus, relationem ad Filium non esse relationem ad Spiritum Sanctum, quod verissimum est.

Ex quibus colligimus argutissimè S. Thom. indicasse causam veritatis istius propositionis, Paternitas non est spiratio actiua, sicut attributum misericordie non est attributum iustitiæ: neque enim est sensus quod vna attributio non est alia attributio, vt Scotus intellexit, & arguit; sed quod misericordia sub conceptu misericordie, quo conceptu dicitur attributum misericordie; non est iustitia; propter sensum formalem, quia quatenus misericordia non est iustitia. Eodem ergo modo paternitas absolute loquendo non est spiratio, quia absolute loquendo sensus est formalis: & ita non arguit S. Doctor à formali ad identicam negando, vt Ioannes Scotus obijciebat: arguebat enim Scotus consequentiam illam Doctoris sancti, Vnum attributum non est ad aliud, ergo vna relatio non est alia, esse à sensu formali ad identicam negando, quæ consequentia nulla est. At verò S. Thom. consequens in sensu formali accipit, sicut & antecedens, quod ex dictis liquet manifestissimè.

His addendum est, relationes diuinas non esse specie distinctas, sicut neque sunt in genere. Quamobrem Thom. Argent. d. 13. q. vnica, art. 3. arbitratus est eas esse solo numero distinctas, quem olim Melchior Cano vit argutissimus sequutus est. At verò S. Thom. sepius ait diuinas relationes esse quasi specie distinctas: quæ enim in rebus creatis solo numero distinguuntur in Deo indiuisa sunt. Et eodem modo licebit interpretati S. Bonauent. d. 13. q. 3. & Ioannem Scotum d. 7. q. vnica, suffragium ferentes distinctioni specificæ, quod intelligant quasi specificam distinctionem eum S. Thom. quia in Deo non sunt veræ species rerum, vt lib. 5. demonstrabimus. Quod etiam hoc loco argumèto firmissimo comprobatur, oporteret enim plures species relationis diuinae esse res plures: species enim sub genere definitæ sunt, & res distinctæ, saltem formali distinctione reali. Relatio ergo diuina est quoddam analogum, vt lib. 5. dicemus, continens sub se relationes plures,

non specie distinctas, sed quasi specie; quia nostro modo intelligendi differunt definitione. Ex hoc ergo quod sint relationes diuinae quasi specie distinctæ (si enim essent species sub genere, non solum distingueretur definitione) non consequitur vt re ipsa distinguantur. Itaque paternitas, & spiratio actiua, quamuis sint quasi duæ species relationis diuinae, hoc est, rationes formales duæ, non tamen sunt res duæ; paternitas verò, & filiatio in Deo sunt res duæ, non quia sunt species duæ relationis, sed quia sunt relationes oppositæ.

Per hæc colligimus, si de vnitare reali loquendum sit, paternitatem, & spirationem actiuam esse vnam relationem vnitare reali, & formali; vnitare enim realis est quoque formalis: quæ tamen vna relatio à nobis explicatur duplici definitione, & duplici ratione formali; & propter rationes formales diuersas dicimus esse duas relationes: quia illam relationem vnam vnitare reali non possumus apprehendere nisi conceptibus duarum relationum, quæ non sunt duæ numero reali, sed numero rationis, vt diximus.

Ab his autem deducimus vnum, & alterum coniectarium; primum est quod Thomista, qui propterea quod hæc duæ relationes differunt specie, aliquam distinctionem formalem inter eas esse cogitarunt, decepti sunt similitudine veritatis: nam illa distinctio specificæ non est sub genere, quæ arguat rerum distinctionem; sed est duntaxat sita in nostro modo intelligendi, qui illam relationem infinitam quæ est simul paternitas, & spiratio, concipimus duobus conceptibus relationum.

Alterum est, quod non rectè colligitur ex hoc quod sint relationes duæ nostro modo intelligendi, quod sint res duæ: nam quod attinet ad vnitatem entis, est relatio vna; sunt autem duæ relationes numero rationis. Et ita omnia palmaria sunt.

CAPVT XXXV.

Argumenta refelluntur.

Quod spiratio actiua sit res distincta à paternitate, & filiatione probat Durand. Primo, quia quæ non possunt

Paternitas, & filiatio in Deo sunt res duæ, non quia species, sed quia oppositæ.

Summarium vtriusq; partis cap. huius 34. Paternitas, & spiratio actiua est vna relatio vnitare reali, & formali.

Hæc relatio non potest à nobis apprehendi nisi conceptibus duarum relationum.

13. Consect.

Distinctio diuinarum relationum quasi specificæ non est sub genere, quæ arguat rerum distinctionem.

14. 2. Consect.

Argumenta Durand.

1. argum.

10. Colligitur solutio ad replic. In hac, Attributum misericordie non est attributum iustitiæ, sensus non est quod vna attributio non est alia. Verus sensus.

S. Doctor in eo exemplo arguit à sensu formali, non ad identicum, vt obijcit Scot. sed ad formale.

11. Ad confirm. Responso, relationes diuinas non distinguuntur specie. 1. Opinio Argent. Cano eas distinguunt numero. Secunda S. Thom. eas distinguunt quasi specie. S. Bonau. & Scotus explicantur.

Responso probatur.

Species sub genere definitæ sunt, & res distinctæ saltem formali distinctione reali.



sunt conuenire eidem respectu eiusdem, plura sunt; sed paternitas, & spiratio nō cōueniunt Patri respectu eiusdem; ergo sunt res plures.

Secundò: Sicut se habet paternitas ad filiationē, ita spiratio actiua ad passiua; ergo commutata proportione, sicut se habet filiatio ad spirationem passiua, quæ sunt res distinctæ; ita paternitas ad spirationem actiuam: sunt ergo res distinctæ.

Tertiò: Duabus relationibus specie, reque ipsa distinctis, respondent relationes duæ specie, reque ipsa distinctæ; sed filiatio & spiratio passiua sunt duæ relationes specie, reque ipsa distinctæ: ergo paternitas, & spiratio actiua quæ illis respondent, specie, reque ipsa distinguuntur. Et confirmatur, quoniam hæ relationes sunt adæquatè oppositæ; ergo re ipsa sunt distinctæ.

Quartò: Ea quæ sunt idem in tertio, sunt idem inter se eadem idēitate tertij, vt personæ diuinæ quæ sunt idem in essentia absoluta, sunt idem inter se idēitate absoluta: si ergo duæ relationes scilicet paternitas, & filiatio sunt idem cum tertia relatione quæ est spiratio; sunt idem inter se identitate relatiua; ergo sunt idem omninò: aliàs quī fieri potest vt sint relationes duæ, & relatio vna?

Quintò: Vbicunque est duplex passio est quoque duplex actio; ergo cum in Filio, & Spiritu Sancto sint duæ processionēs passiua re ipsa distinctæ, sunt quoque in Patre duæ origine, actiua re ipsa distinctæ: quare & relationes fundatæ in originibus, erunt re ipsa distinctæ.

Sextò: Relatio producentis & producti alia atque alia est; sed filiatio est relatio producti, scilicet geniti, & spiratio actiua est relatio producentis, scilicet spirantis; ergo hæ duæ relationes in Filio re ipsa distinguuntur.

Septimò: Pater non refertur paternitate ad Spiritum Sanctum, nec spiratione ad Filium; & potest intelligi Pater sine spiratione, non autem sine paternitate: ergo hæ relationes re ipsa distinctæ sunt.

Octauò, & vltimò arguit Durandus principalitèr, propter quod argumentū post longam disputationem credit suam sententiam probabiliorem esse: Relatio

spiratoris iuxta Concilium Lugdunense vna est, & non plures; ergo est distincta à paternitate, & filiatione. Probatur consequentia, quoniam sicut vna res absoluta non potest esse idem cum duabus rebus absolutis; ita neque vna relatio cum duabus relationibus, quæ sint res duæ distinctæ: spiratio ergo quæ est res vna relatiua, non potest esse res eadē cum paternitate, & filiatione, quæ sunt res duæ relatiuæ.

Nonò arguitur adhuc pro partibus Durandi: Paternitas enim antecedit spirationem actiuam ordine originis; origo autem in Deo argumentum est realis distinctionis; ergo hæ duæ relationes sunt res distinctæ.

Decimò: Relationes diuinæ etiam non oppositæ distinguuntur re ipsa, vt filiatio, & spiratio passiua; ergo filiatio, & spiratio actiua etiam si oppositæ non sint, erunt tamen distinctæ reali distinctione. Et confirmatur, quia spiratio actiua distinguit Patrem ab Spiritu Sancto: id autem quod distinguit, necesse est esse distinctū; maximè cum relationes diuinæ sint prima distinguentia, quæ se ipsis distincta sunt.

#### Aduertenda.

Pro argumentis soluendis notandū est, quod relatio non opponitur subiecto in quo est, relatiua oppositione; quia non refertur ad ipsum subiectum relatione reali, vt Auicena docet. Distinguitur autem relatio à subiecto vt res quæuis alia absoluta; cum enim non distinguatur ab illo relatiua distinctione, fit vt distinguatur alio quopiam genere distinctionis, scilicet ad eum modum quo formæ non contrariæ distinguuntur, vt calor, & albedo; quæ distinctio ad contraria reuocatur: in Deo autem nulla est distinctio realis nisi relatiua, vt postea fufius est probandum; intellectus enim, & voluntas quæ in nobis sunt formæ reali distinctione discretæ, in Deo sunt res vna: quare relatio diuina neque à personæ, neque ab essentia vltimo modo distinguitur, vt diximus. Propter eandem causam relatio ab ea relatione cui non opponitur, cum non distinguatur distinctione relatiua, distinguitur quasi absolutum ab absoluto.

Aduertendum etiam est, quod in rebus

2.  
2. argum.

3.  
3. argum.

Confirm.

4.  
4. argum.

5.  
5. argum.

6.  
6. argum.

7.  
7. argum.

8.  
8. & principale argum.  
Durandi.

9.  
9. argum. pro Durand.

10.  
10. argum.

Confirm.

11.  
1. Aduert.

Relatio distinguitur à subiecto, nō distinctione relatiua, sed vt absolutum ab absoluto.

Similiter distinguitur à relatione cui nō opponitur.



In creatis absoluta distinguantur partim perfecta distinctione reali, partim imperfecta.

Similitudo, & dissimilitudo in eodem candore distinguuntur 2. modo: Similitudo, & æqualitas 1. modo.

Etiam in Deo relationes non oppositè distinguuntur quasi esset absoluta.

2. Aduert. Creatæ relationes oppositæ non possunt esse diuersæ.

Itè nec diuine. 1. Ratio. In his amplius est, quod conueniat in vna natura, & in eodem esse, quæ quæ conueniat in communitate generis.

Rectè dicuntur distinguere se ipsas, non quæ distinguantur se totis, sed quæ sint prima distinguenda, quæ non distinguuntur per alia.

Nomina diuina communia sunt omnia analogæ.

bus creatis relationes oppositæ distinguuntur perfecta distinctione reali; absoluta verò partim perfectâ, partim imperfectâ distinctione; quia calor à candore distinguitur perfecta distinctione, quæ absolutè, ac simpliciter dicitur realis: actio verò à passione (vt est communis opinio aliorum) distinguitur modaliter, aut formaliter si placet; quæ distinctiones sunt ex parte, & secundum aliquid reales, sed non simpliciter, vt diximus lib. 1. Ita sanè similitudo, & dissimilitudo in eodem candore, quia distinguuntur quasi absoluta, & sunt in fundamento eodem, minus distinguuntur; quæ similitudo, & æqualitas, quæ sunt in fundamentis diuersis. Hæ enim relationes non oppositæ distinguuntur ad modum absolutorum. Cum igitur in Deo sola sit distinctio realis relatiua, relationes non oppositæ distinguuntur quasi essent absoluta; absoluta autem diuina solâ ratione distinguuntur, & nulla est omninò in re ipsa distinctio absolutorum; quare neque relationum non oppositarum distinctio est realis.

Deindè obseruandum est, quòd in rebus creatis relationes oppositæ non possunt esse primò diuersæ; quia vtraque relatio opposita conuenit in genere relationis realis. Diuinæ autem relationes non probè dicuntur primò diuersæ, quia cum sint proprietates eiusdem naturæ, maximè conueniunt in natura: amplius enim est quòd conueniant in vna natura, quàm quòd conueniant in communitate generis, quæ est communitas rationis: at verò etiam vt relationes reales sunt, conueniunt in eodem esse; existunt enim per esse diuinum, vt dicemus; quare nullo modo sunt dicendæ primò diuersæ. Rectè autem dicitur quòd distinguantur se ipsis, vt Durandus affirmat; non quòd distinguantur se totis, quasi in nullo saltè analogo conueniant; sed eò quòd sint prima distinguenda, quæ non distinguuntur per alia. Neque enim conueniunt in genere relationis realis, vt distinguantur per differentias, quia sunt extra genus; neque conueniunt in aliquo vniuersali, quia in Deo nihil est vniuersale: nomina enim diuina còmunia, sunt omnia analogæ, vt persona, relatio, vt lib. 5. dicemus; ergo relationes diuinæ non habent aliquid per quod distinguantur; & ad hunc sensum per se ipsas di-

A stinguuntur, vt prima genera. Definiuntur tamen ipsæ relationes diuinæ qualicunque definitione, in qua nomen analogum ponitur loco generis, & aliquid loco differentie. Qua etiam ratione non sunt primò diuersæ, quia continentur quasi in genere, & sunt quasi species: sed quia non sunt propriè species, neque habent propriè loquendo differentias, non distinguuntur propriè quasi per differentias, sed quasi per se: sicut & primò diuersa quæ non habent differentias, per se distinguuntur, de quibus lib. 5. disputabimus.

B In rebus etiam creatis accidit quibusdam relationibus maior distinctio, quàm relationibus oppositis: nam in eodem candore potest fundari similitudo, & dissimilitudo, quæ cum sint in candore eodem, sola distinctione formali reali distinguuntur: in correlatiuis autem sunt res absolutæ distinctæ ipsæ relationes oppositæ, verbi gratia, in alio candore similitudo, & in nigore dissimilitudo: sed tamen in ipso candore in quo est similitudo, & dissimilitudo, distinguuntur re ipsa formaliter; quia species, quæ sunt in genere oportet esse distinctas. In Deo autem, nisi opponantur relatiuè, sunt duæ relationes sola distinctione rationis duæ; re ipsa autem omninò est vna, quæ duabus distinctis opponitur. Est enim vna relatio re ipsa paternitas, & spiratio simul, quæ opponitur duabus, scilicet filiationi, & spirationi passiuæ; & est altera relatio distincta re ipsa, scilicet filiatio, & spiratio simul, quæ opponitur duabus, scilicet paternitati, & spirationi passiuæ: sunt ergo re ipsa relationes tres, non quatuor: sed numero rationis numerantur quatuor.

D *Responsio.*

A D primum negatur maior propositio, quòd sint plura necessariò illa, quæ conueniunt eidem respectu diuersorum: nam instans est finis temporis exacti, & initium futuri, & ita est finis, & initium respectu diuersorum, cum sit instans idem. Quòd si arguas has relationes in instanti, quòd sit finis, & initium, non esse reales. Id quoque concedimus; neque enim in rebus creatis inuenitur vna relatio ad terminos specie distinctos, sicut neque vna res absoluta quæ

2. Ratio.

14.

3. Aduert.

In creatis accidit quibusdam relationibus maior distinctio, quam relationibus oppositis.

Ostèditur exèplo similitudinis, & dissimilitudinis.

In creatis relationes non oppositæ relatiuè, distinguuntur saltè formaliter.

In Deo sunt re ipsa omninò vnarelatio quæ duabus distinctis opponitur.

15.

Ad argumèta Durand.

Ad 1. argum. Quæ non conueniunt eidem nisi respectu diuersorum tantum, non sunt necessariò plura.

Exemplum in instanti.

Replica.

Responsio.



In Deo propter simplicitatem, & infinitatem, sicut est vna res absoluta, intellectus, & voluntas simul, ita est res vna relatiua Paternitas, & spiratio simul.

16.

Ad 2. arg.

Respond. 1.

Argumentum commutate proportionis non valet, nisi in rebus quantis.

Respond. 2.

Analogia filiationis & spirationis passiuæ, ad paternitatem & spirationem actiuam non est quoad distinctionem.

17.

Ad 3. arg.

Duabus relationibus diuinis re ipsa distinctis est consequens, ut respondeant duæ quasi specie distincte, non re ipsa.

Ad confirm.

Adæquatione intellectus nostri iisdem duabus relationibus adæquantur relationes numero rationis duæ.

Adæquatione rei, seu re ipsa iisdem adæquantur res relatiua vna.

quæ sit simul intellectus, & voluntas. In Deo autem propter simplicitatem, & infinitatem, vtrumque confitemur, scilicet quod est res vna absoluta intellectus, & voluntas simul; & res vna relatiua, quæ est paternitas, & spiratio simul: non tamen sub eadem ratione formali refertur ad diuersa, sed sub diuersis rationibus formalibus, quæ in Deitate non faciunt realem distinctionem, sicut diximus de attributis.

Ad secundum respondetur, argumentum commutate proportionis non valere, nisi in rebus quantis. Et hæc est scita solutio. Secundò respondetur, quod analogia entis imitatur proportionem quantitatis; quamobrem sicut se habet filiatio ad spirationem passiuam quoad hoc quod vtraque; fundatur in processione; sic se habet paternitas ad spiratoris relationem, quoad hoc quod vtraque; fundatur in origine actiuæ. At verò quoad distinctionem, non est similitudo; neque enim analogia inuenitur in omnibus.

Ad tertium respondetur, quod veræ species relationis contentæ sub genere sunt res distinctæ, ut diximus: quare duabus relationibus specie, reque ipsa distinctis, respondent duæ relationes eadem distinctione discretæ. Relationes verò diuinæ cum non sint sub genere possunt esse quasi specie distinctæ, & non re ipsa, ut diximus. Quare non est consequens, ut duabus relationibus diuinis re ipsa distinctis respondeant duæ relationes re ipsa distinctæ; sed consequens est, ut quasi specie distinguantur, quod liquet ex ijs quæ antea docuimus. Et hoc argumentum vehementer vexat Thomistas. Ad confirmationem respondetur quod adæquatio istarum relationum inuenitur in nostro intellectu; & ita duabus relationibus, scilicet filiationi, & spirationi passiuæ, adæquantur duæ relationes, scilicet paternitas, & spiratio actiuæ: quare sicut adæquatio est in nostra cogitatione; ita satis est ut illæ relationes sint duæ numero rationis, quæ nos cogitamus, non verò numero reali. Re autem ipsa vna res relatiua, quæ est paternitas, & spiratio actiuæ, adæquatur oppositione relatiua duabus relationibus re ipsa distinctis, scilicet filiationi, & spirationi passiuæ, quæ sunt res duæ distinctæ: & alia res vna quæ est filiatio, & spiratio actiuæ, adæquatur duabus re-

lationibus distinctis re ipsa, scilicet paternitati, & spirationi passiuæ, & ita spiratio actiuæ est res communis, eademque cum duabus rebus singularibus, scilicet cum paternitate, & filiatione. Et hæc quidem dicenda sunt de adæquatione rei quæ est incomprehensibilis: de adæquatione verò intellectus nostri, dum rem vnam duobus conceptibus distinguimus, ponimus duas relationes in Patre, quæ adæquatè respondent duabus oppositis; & in Filio similiter relationes duas.

Ad quartum respondetur, quod Paternitas, & filiatio sunt idem identitate spiratoris; sed sunt distincta distinctione relatiua, & opposita: relatiua autem oppositio est propria relatorum; quare hæ duæ relationes, paternitas, & filiatio, absolute, ac simpliciter non sunt idem, sed distinctæ; quia oppositione sibi propria, scilicet relatiua, opponuntur, & distinguuntur: conueniunt autem secundum aliquid in identitate relatiua spiratoris. Nihil autem absurdi est quod simpliciter sint distinctæ, & secundum quid sint idem in ipso genere relatorum. Et ita secundum rem sunt relationes duæ simpliciter, & absolute; & sunt relatio vna non simpliciter, sed secundum aliquid: sicut è contrario tres personæ sunt res tres secundum aliquid, scilicet personæ; & sunt res vna simpliciter, scilicet vna essentia, & vnum ens, ut lib. 5. docuimus.

Ad quintum respondetur, quod sicut reliqua omnia in Deo, excepta oppositione relatiua, sunt vnum; ita & origines actiuæ in Patre, quia non opponuntur relatiuè, aut ordine originis, ita ut vna ab alia procedat, non sunt res duæ, sed vna. Et aduertendum est quod in rebus creatis actio, & passio sunt idem motus, & res eadem; in Deo autem origo actiuæ, & processio passiuæ sunt res distinctæ in personis distinctis, ut lib. 2. diximus. Quare in rebus quidem creatis firmum argumentum est, quod passiones duæ re ipsa distinctas comitentur actiones duæ re ipsa distinctæ. At verò in Deo processiones sunt duæ res, altera in Filio, altera in Spiritu Sancto existens; origines verò sunt res vna, quia vtraque origo existit in Patre absque vlla distinctione reali.

Ad sextum respondetur, quod in rebus creatis relatio producentis, & producti,

18.

Ad 4. arg.

Paternitas, & filiatio sunt relationes duæ distinctæ simpliciter ratione oppositionis relatiuæ sibi propriæ; secundum quid sunt vna relatio spiratoris; & hoc modo in ipso genere relatorum distinguuntur, & sunt idem.

Econtra tres personæ sunt res tres secundum quid, & sunt res vna simpliciter.

19.

Ad 5. arg.

In Patre origines actiuæ, quia non opponuntur relatiuè, sunt res vna.

In Deo origo actiuæ, & processio passiuæ sunt res distinctæ in personis distinctis.

20.

Ad 6. arg.



In Deo relatio potest distingu-  
gui definitio-  
ne, & non di-  
stingui re ipsa.

21.  
Ad 7. argum.

In solo intelle-  
ctu est hec ne-  
gatio, Pater nō  
refertur ad Fi-  
lium per spira-  
tionem, vt lib.  
1. cap. 36. p. 2.  
n. 5.

22.  
Ad 8. & princi-  
pale argum.

*Durandi.*  
Plura absolu-  
ta nō possunt  
esse omninō  
idē in vno ab-  
soluto.

Ratio.  
Relata non  
per se ipsa, &  
propter se, sed  
ratione abso-  
luti in quo cō-  
ueniunt, pos-  
sunt conueni-  
re identitate  
reali in alia re-  
latione.

S. Thom.

ducti, est re ipsa alia & alia; quia species relationum quæ sunt in genere, sunt res distinctæ, saltem formali distinctione reali: non tamen in Deo in quo relatio est extra genus, & potest distinguī definitione, & non distinguī re ipsa.

Ad septimum respondetur, argumētum probare, quod relatio Patris, & spiratoris definitione distinguantur, nō tamen re ipsa: nam Deus non intelligit per voluntatem, sed per intellectum; & tamen voluntas, & intellectus est res eadem in Deo: ita quamuis Pater ad Filium non referatur per spirationem, sed per paternitatem, vtraque tamen relatio est res eadem. Et repetendum est animo quod lib. 1. docuimus, has negationes non esse in rebus, sed solum in intellectu; dum dicimus Deum non intelligere per voluntatem, Patrem non referri ad Filium per spirationem: eadem quoque distinctio rationis sufficit vt intelligamus Patrem sine spiratione; ita tamen vt si re ipsa spiratio non esset, neque paternitas esset, quæ nunc est: nam in re ipsa hæc non sunt distincta, neque possunt separari; benè autem cogitando secernuntur.

Ad octauum, quod est vltimum argumētum Durandi, & præcipuum, respondetur cōcedendo antecedens, quod plura absoluta non possunt conuenire in vno absoluto, ita vt sint omninō idē: quia absoluta sunt ad se, quod si ad se distinguuntur, vt sunt ad se, non possunt esse idem. Concedimus etiā consequens quod relata non possunt conuenire in vna relatione per se ipsa; sed relata possunt conuenire in vno absoluto, vt fides docet, siquidem tres personæ relatae sunt vnus Deus; & ratione illius absoluti possunt eadem relata cōuenire identitate reali in alia relatione, vt Pater, & Filius in relatione spiratoris. Concedimus igitur quod sicut vnum absolutum non potest esse res eadem cum duabus rebus absolutis; ita neque relatio vna potest esse res eadem cum duabus relationibus re ipsa distinctis, per se ipsam, & propter se; benè tamen propter absolutum: quia enim essentia diuina quæ est absolutum est res vna in duabus personis Patre, & Filio; relatio spiratoris est res vna in vtroque, vt S. Thomas notauit 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. & idcirco propter ipsam identitatem essentia

A vna relatio potest esse res eadem cum duabus rebus relatiuis, scilicet cum Patre, & Filio, siue cum paternitate, & filiatione; quia ipsæ relationes diuinæ vendicant sibi à natura diuina perfectum modum entis, vt docuimus; est autem perfectus modus entis, simplicitas omnem compositionem repellens. Et sicut in rebus creatis non inuenitur vnū absolutum quod sit idem cum duabus rebus distinctis; ita neque vna relatio: benè tamen in Deo propter identitatē essentia, est quoque identitas vnus relationis cum duabus relationibus re ipsa distinctis. Quod argumentum lib. 2. studiosius tractatum est.

B Ad nonum respondetur inter paternitatem, & spirationem actiuam nullū esse ordinē originis; ordo enim originis est eius, qui est ab alio, videlicet qui ab alio procedit; & sic ordo ostendit realem distinctionem in Deo: spiratio autem actiua non procedit; quare nullo modo distinguitur à Patre, aut à paternitate. Antecedit autem paternitas spirationem nostro modo intelligendi, quia illa pertinet ad primam originem, hæc ad secundam: sed hoc non satis est, vt relationes distinguantur re ipsa, cum ipsæ origines non sint res distinctæ.

C Ad vltimum respondetur relationes diuinas hypostaticas, quæ constituunt personas, etsi non sint oppositæ, vt filiatio, & spiratio passiuæ, esse res distinctas propter aliam rationem; quia sunt relationes personarum oppositarum, vt lib. 4. declarabimus. Ad confirmationem respondetur, spirationem actiuam distinguī ab Spiritu Sancto, sicut Patrem, & Filium ab Spiritu Sancto distinguī; non tamen sequi vt ipsa sit distincta à Patre, & Filio in quibus est. Quod etsi possit dici primò distincta, quia non distinguitur per differentias; tamen distinguitur ab alijs relationibus diuinis nostro modo intelligendi, quo etiam dicitur primò distincta; sed non est consequens, vt re ipsa distinguitur à paternitate, & filiatione, vt in nota-

D tionibus diximus.



RRr

CAP. 36.

Relationes diuinæ vendicant sibi à natura diuina perfectum modum entis, scilicet simplicitatē absque omni compositione.

23.  
Ad 9. argum.  
pro Durand.

Paternitas pertinet ad 1. originem, spiratio ad 2. originem, quare distinguuntur ratione, vt ipsæ origines.

24.  
Ad 10. argum.  
Respond. ex cap. 34. p. 1. n. 4.  
Hæ relationes filiatio, & spiratio passiuæ etsi non sint oppositæ, sunt tamē personarū oppositarum.  
Ad confirm.

Spiratio actiua dicitur primò distincta.  
Ratio.



## CAPVT XXXVI.

*Pater, & Filius refertur ad Spiritum Sanctum relatione spiratoris.*

**H**Aftenus de relationibus diuinis in genere. De relatione spiratoris, & Spiritus Sancti speciatim nonnulla sunt dubia tractatione digna. De relatione autem spiratoris prius disputandum est, quia ordo doctrinae est à principijs; ea autem relatio est relatio principij. Primum igitur relatio haec, qua Pater, & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, spiratio nuncupatur; à qua nomen concretum ductum est, videlicet spirator. Quod enim Pater, & Filius non referantur ad Spiritum Sanctum, sub his nominibus Patris, & Filij perspicuum est; neque enim Pater est Pater Spiritus Sancti, à quo non est genitus. Sanctus Augustinus 5. de Trinitate, cap. 12. explicata ambiguitate nominis, quod Spiritus Sanctus nonnunquam accipiat pro ipsa essentia deitatis, quae est Trinitas; aliquando pro persona vna ipsius Trinitatis, quam Spiritum Sanctum dicimus; ingenuè affirmat hac significatione secunda, Spiritum Sanctum relatiuè dici: cum autem animaduertet Patrem non dici relatiuè ad Spiritum Sanctum, cuius tamen Spiritus Sanctus dicitur, ita ut Spiritus Sanctus sit qui est Spiritus Patris, non tamen Pater sit pater Spiritus Sancti. Ad hoc dubium respondet id sapè accidere in nominibus relatiuis, ut non relatiuè conuertantur. *In multis (inquit) relatiuis hoc contingit, ut non inueniatur vocabulum, quo sibi inuicem respondeant.* Subijcitque exemplum. Nam pignus nomen est relatiuum, pignus enim alicuius est; sed eius correlatiuum nullo nomine significamus: donum autem videtur esse donatoris, quia donator, & donum nomina sunt latina, relatione opposita. Pater ergo, & Spiritus Sanctus, siue Filius, & Spiritus Sanctus, his nominibus non sunt mutuò relati; sed benè nominibus donatoris, & doni, ut docet S. Augustinus, quia Spiritus Sanctus donum est, Pater, & Filius donator.

Ex quibus colligimus Spiritum San-

**A**ctum dici spiritum Patris, aut Filij duas ob causas; aut propter originem, quod S. Thomas notauit lib. 4. contra gent. cap. 24. quia persona genita quasi possessa à genitore coniungitur cum illo in casu gignentis; & similiter persona procedens ab alia: & ita dicitur Spiritus Sanctus esse Patris, aut Filij, quia ab utroque procedit. Aut etiam propter relationem Spiritus Sancti ad Patrem, & Filium: nam nomen Spiritus Sancti ipsam relationem significat, quae Spiritus Sanctus ad utrumque refertur: sicut ergo dicimus Socratem filium Sophronisci, non quod Sophroniscus villo modo hoc nomine referatur ad filium, sed quia filius hoc nomine referatur ad Sophroniscum, ut ad personam in qua est paternitas: ita dicimus Spiritum Patris, aut Filij, non quod Pater, aut Filius his nominibus referantur villo modo ad Spiritum Sanctum; sed quia Spiritus Sanctus hoc nomine refertur ad ambos, in quibus est aliqua relatio, quae ad Spiritum Sanctum referuntur; non paternitas, non filiatio, sed aliqua alia relatio: si enim Pater paternitate referretur ad Spiritum Sanctum, & Filius filiatione; ille esset Pater Spiritus Sancti, & hic esset filius Spiritus Sancti, quod iam improbatum est. Fit ergo ut referantur alia relatione, quae non sit paternitas, aut filiatio.

Hanc relationem Patris, & Filij ad Spiritum Sanctum significauit S. Augustinus nomine concreto donatoris; nam Spiritum Sanctum donum dicimus: & ita inter donum, & donatorem erit mutua relatio.

Sed tamen donum non est ita proprium nomen personae, sicut Spiritus Sanctus, ut lib. 6. dicemus. At verò cum hoc nomen Spiritus sanctus sit nomen proprium personae, & relatiuum; necesse est maximè, ut ei assignemus correlatiuum, quod scholastici iure optimo dedere spiratorem: tum quia hoc nomen ducit ab Spiritu Sancto: tum etiam quia ducunt nomen idem à notione quadam quae dicitur spiratio actina, lib. 4. tum quia dum dicimus spiratorem, imitamur S. Augustinum, qui dixit donatorem: & hoc nomen, spirator, ut significet relationem Patris, & Filij, quae ad Spiritum Sanctum referuntur, non solum est tritum vsa

Docto-

Spir. Sanctus Spiritus Patris, & Filij dicitur 1. ob originem, S. Thom.

2. ob relationem

Socrates dicitur filius Sophronisci, in quo est paternitas.

Sp. sanctus hoc nomine refertur ad Patrem, & Filium, in quibus est relatio ad ipsū. Quod ea relatio non sit paternitas, aut filiatio probatur.

3. Ea relatio à S. Aug. dicitur nomine concreto donator.

4. Non nomen donum, sed Sp. Sanctus, est propriū personae, & relatiuum.

Resolutio tit. Sp. Sancti correlatiuum est spirator. Probatur 1. Probatur 2.

Probatur 3.

Confirm.

Præsciendum.

Pater, & Filius sub his nominibus non referuntur ad Spiritum Sanctum. S. August.

At Sp. Sanctus pro 3. persona Trinitatis relatiuè dicitur ad Patrem, & Filium, dicitur enim Spiritus Patris, & Filij.

S. Aug. ait sapè accidere in nominibus relatiuis, ut non relatiuè conuertantur.

Exemplo est pignus.

Pater & Sp. Sanctus, Filius & Sp. Sanctus nominibus donatoris, & doni sunt mutuò relati.

2. Consect.



Doctorum, sed etiam in Conciliorum definitionibus approbatum, ut in Concilio Florentino.

*Cōc. Florēt.*

5. Nomen, spirator, significat relationem, Patri, & Filio communem, non solum unius speciei, sed individui.

Nomen ergo, spirator, significat quandam relationem Patri, & Filio communem, non solum unius speciei, sed omnino unam individui, & simplicissimam relationem, qua Pater, & Filius ad Spiritum Sanctum referuntur; sicut una & eadem origine spirant Spiritum Sanctum; quod lib. 2. disputatum est.

CAPVT XXXVII.

*Spirator est per se correlatiuum Spiritus Sancti.*

1. I. Supponendum probatum lib. 2. cap. 38.

EX ijs quæ diximus cap. 15. & 16. colligimus accommodatum exemplum ad rem non facilem explicandam: cum enim probatum sit lib. 2. cap. 38. spiratorem non esse aliquod individuum commune subsistens, coniunctum est ut explanemus quonam modo spirator sit per se terminus, siue per se correlatiuum Spiritus Sancti; cum non sit res aliqua communis, quæ ad Spiritum Sanctum referatur.

2. Supponendum probatum hic cap. 30.

Aduertendum est autem, quod relatio diuina non conuenit naturæ, ita ut natura referatur, ut antea docuimus cap. 30. Cum autem conueniat alicui subsistenti; per hoc quod decretum est spiratorem non esse unum individuum subsistens, cui relatio significata conueniat, conficitur, ut sint duo subsistentia, Pater, & Filius, hac relatione communi prædita; & id exponendum iam est, quonam ratione spirator sit terminus per se Spiritus Sancti, Vtrum scilicet Pater sit per se terminus Spiritus Sancti, an spirator? Et item pro qua re supponatur nomen, spirator.

Questio proponitur.

3. Aduert.

In creatis est communitas rationis, non realis.

In Deo vice versa.

Considerandum ergo est, quod in rebus creatis, id quod est commune, est duntaxat commune ratione, & non re ipsa; neque enim homo communis existit, sed hic & ille homo: in operatione tamen rationis homo communis cognoscitur. At verò in Deo communitate facta, non est proprie loquendo communitas rationis, quia in Deo vniuersalia non sunt, ut lib. 5. dicemus: est tamen realis communitas, quia natura diuina re ipsa existit communis tribus

A personis; & relatio spiratoris existit communis duabus personis Patri, & Filio.

Positis ijs dicendum est quod sicut relatum commune non indicat subiectum aliquod commune relationis, sed solum significat relationem communem; supponitur autem suppositione quodammodo communi pro substantia, & accidente cum disunctione: ita etiam spirator non indicat individuum aliquod commune, & subsistens, quod spiratorem appellemus; sed duntaxat significat relationem communem communitate reali; supponitur autem simili suppositione communi pro Patre, & Filio. Est tamen discrimen in suppositione; quia relatum cum sit commune communitate rationis, solummodo cum disunctione supponitur pro pluribus; modo pro substantia, modo pro accidente; non verò simul pro substantia, & accidente. Spirator verò quia significat relationem communem reali communitate, simul supponitur pro Patre, & Filio, & separatim cum disunctione pro Patre, vel Filio, quæ ex lib. 5. commodius intelligentur.

C. Postea recolendum est animo, quod diximus in relatis id quod relatum est non esse quid commune, sed singulare; relationem verò ipsam eius esse naturæ, ut non nisi in singularibus perfecte explicetur in actu exercito: & item quod cum diximus relatum per se esse ad aliud, per se referri reuocandum esse ad relationem communem; ad aliud verò, pertinere ad singularia, quia singulare est, quod ad aliud est. Docuimus etiam, quod prima ratio quare relatum sit ad aliud, non est relatio singularis, sed communis; quia quidditas relationis communis ea est, ut non nisi in singularibus explicetur. Ad hunc igitur modum hoc exemplum accommodatum est spiratori; relatio enim spiratoris non solum habet hoc commune cum alijs omnibus, ut sit relatio singularis opposita alteri relationi singulari; sed hoc habet quoque proprium, ut ipsa sit in duabus hypostasibus singularis. Qua consideratione dicendum est, quod hæc relatio spiratoris ex sua propria ratione formali hoc habet, ut non inueniatur in vno singulari, sed in duobus, sine quibus perfecte explicari

D. Accommodatur exemplum spiratori. Relatio spiratoris ex sua propria ratione formali est in duabus hypostasibus singularis, sine quibus explicari non potest.

4.

Inscriptio declaratur exemplo relati ex cap. 15. & 16. 1. Recolendum de significatione relati, cap. 15. p. 2. n. 4. & 5. Item de suppositione relati, cap. 16. n. 13. Ostendit doctrinam cap. 28.

Discrimine quo ad suppositionem.

Relatum solum cum disunctione supponitur pro pluribus: Spirator etiam coniunctim.

Ratio ex aduert.

5.

2. Recolendum ex cap. 15. p. 2. n. 10. 11. & c.

Item ex p. 1. n. 6.



Ostenditur

Hoc quod est per se referri, non reuocatur ad hypostasies, sed ad relationem spiratoris: unde colligitur resolutio tituli.

Hæc relatio constituit spiratorem quasi in actu signato, & est ratio ut non vnum, sed plura referantur.

Exigit plures personas quibus insit, quia sine illis non potest intelligi in actu exercito.

6. Difficultas An Pater, & Filius sint partialia relata? Resolutio negat absolute. In sensu materiali affirmat

In formali negat.

Vide cap. 31. p. 3. n. 28.

cari non possit. Nam si spiratorem explicatè proponas, necesse est vt exponas, quid sit illud subsistens, cui relatio hæc conuenit; & cum nullum sit subsistens commune, necesse est vt duas hypostasies eadem relatione spiratoris afficias, & nomines; quæ duæ hypostasies per se referuntur ad Spiritum Sanctum: ita tamen vt hoc quod est per se referri, non reuocemus ad hypostasies, sed ad relationem spiratoris; idcirco enim Pater, & Filius ad Sp. Sanctum referuntur, quia sunt spirator: spirator ergo per se est terminus Sp. Sancti: sed id quod est terminus, & id quod refertur, per se quoque; necesse est, vt non sit vnum singulare, sed duo; quia relatio ipsa spiratoris communis absq; subsistente communi, hoc exigit, vt sit per se in duobus singularibus. Itaque sicut relatio in actu signato constituit quidem relatum, sed ipsum relatum in illo conceptu communi non refertur in actu exercito: ita spiratoris relatio constituit spiratorem, quasi in actu signato; nihil tamen commune constituit, quod in actu exercito referatur; sed est prima ratio, vt non vnum, sed plura referantur, scilicet personæ duæ, ad Spiritum Sanctum: ergo sicut relatio creata communis exigit plura indiuidua opposita, vt actu exercito intelligatur; quia illo conceptu communi non potest exerceri. Ita communis relatio spiratoris exigit plures personas quibus insit, quia sine illis non potest intelligi in actu exercito, cum nullum sit commune subsistens, cui insit hæc relatio communis. Et ita est relatorum peraccommodatum exemplum, quod cap. 15. & 16. proposuimus.

Si verò quæras an Pater, & Filius sint partialia relata; primum id absolute negandum est: nam partialia sunt quæ habent formas partiales; Pater autem, & Filius non habent partiales relationes spiratoris, sed eandem. Si vero etiam in hoc sensu velis dicere partialia, quia sunt duo sub relatione eadem; adhuc cauendum est; vt dicantur relata partialia accepto nomine materialiter, vt aiunt dialectici; non formaliter, scilicet non pro forma significata, sed pro eo cui forma conuenit: hoc enim pacto possunt dici partialia, quia Pater est spirator, & Filius spirator, & sunt duæ res quæ referuntur eadem relatione spiratoris: formaliter autem vtraque persona est adæqua-

A tæ spirator quoad speciem, & numerum istius relationis; quia est vna, & eadem relatio in duobus adæquatè. Quod verò non sint duo spiratores, lib. 5. dicendum erit.

## CAPVT XXXVIII.

*Spiritus Sanctus vna relatione simplici refertur ad Patrem, & Filium.*

**R**elatio illa qua Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filium, fundatur in processione qua ab utroque procedit, quod est relationis istius adæquatè fundamentum: ex quo sequitur vt sit vna relationis species. Et quoniã relatum idem ad plura opposita refertur eadem numero relatione, vt cap. 17. disputatum est; colligitur quod relatio Spiritus Sancti ad Patrem, & Filium sit vna, non solum specie, sed etiam vna indiuidua; etiam si per eam referatur ad personas duas: maximè cum in Patre, & Filio sit etiam vna relatio, qua referuntur ad Spiritum Sanctum; quod tamen genus argumenti statim tractandum est.

**C** Maior autem est causa dubitandi, vtrumne hæc relatio Spiritus Sancti qua refertur ad personas duas, sit quodammodo dilatata nostro modo intelligendi? Perspicendum enim est attentius, an relatum in suo correlatiuo, respiciat relationem oppositam principalius, quam subiectum in quo illa est. Nouimus enim quod relatio creaturæ est realis, quamuis relatio creatoris opposita sit rationis: quia relatum non pendet à relatione opposita, sed à subiecto in quo illa est; quo pacto relatio creaturæ pendet à Deo, vt à suo termino. Præterea relatio singulorum filiorum ad Patrem eundem non est dilatata, sed simplex; quamuis paternitas illa sit dilatata ad plures filios: videtur ergo quod relatum in suo correlatiuo potius respiciat subiectum oppositum, quam relationem oppositam. Atque ex his consequens est, vt Spiritus Sanctus referatur ad duas personas duplici relatione nostro modo intelligendi, si vnum relatum ad plura referatur relationibus pluribus: aut saltè si vna relatione refertur; ea erit nostro modo intelligendi quasi extensa, & dilatata; quod videtur

1. Probatur 1. in Sp. Sancto esse vnam relationem quasi speciem.

2. Probatur 2. esse vnam indiuiduam.

3. Probatio ex lib. 2. c. 36. Expenditur a num. 5.

2. Maior dubit. An sit quodammodo dilatata nostro modo intelligendi, & quasi composita? Pro parte affirm. 1. arg. ostendens relatum in suo correlatiuo principali respicere subiectum, quam relationem.

2. argum. ostendens idem.

Hæc probationes ponunt in Sp. Sancto duplicem relationem nostram modo intelligendi, iuxta 1. sent. de quac. 17. n. 2. Aut saltè vnam dilatata, iuxta



2. & 3. verāq;  
sent de quibus  
ibidē n. 3. & 4.

3.  
Pro resolutione  
1. præsciēd.

Subiectū re-  
latum, & rela-  
tio habent se  
ad oppositam  
relationem, si-  
cut hypostasis  
& forma pro-  
ducta ad actio-  
nem.

Terminus for-  
malis vt sic,  
est præcipuus.

Itē materialis  
vt est terminus  
ad quem, est  
præcipuus.

4.  
2. præsciēdū.  
In creatis rela-  
tio in diuidua  
in vno subie-  
cto extenditur  
extēsiōe qua-  
dam modali se-  
cūdam modū  
entis penes v-  
trumq; termi-  
nū oppositū.

Declaratur  
exemplo sciē-  
tiæ.

Ostēditur de  
termino ma-  
teriali in rela-  
tione sciētiæ.

Ostēditur  
de formali in  
Paternitate.

5.  
3. præsciēdū.  
Necesse nō est  
vt quia vna re-

videtur asserendum, quāuis in illis dua-  
bus personis sit relatio vna spiratoris;  
siquidē in correlatiōe magis attendi-  
tur hypostasis, vel subiectum, quā re-  
latio.

Ad hoc dubium illud primū dicen-  
dum est, quōd subiectum relatum, & re-  
latio habent se ad oppositam relatio-  
nem, sicut hypostasis, & forma producta  
ad actionem: nam relationis oppositæ  
formalis terminus, & hac ratione præci-  
piuus, est relatio: terminus autem quasi  
materialis est subiectum relatum; sed is  
terminus materialis, est terminus ad  
quem; & hac ratione diuersa, est quoque  
præcipuus; neque enim propriè loquen-  
do refertur aliquid ad relationem op-  
positam, sed ad relatum, quod est subie-  
ctum relatione affectum.

Quicquid autem de his placeat aut  
sentire, aut addere, certum est relatio-  
nem indiuiduam in vno subiecto dila-  
tari penes vtrumque terminum opposi-  
tum, siue materialem, siue formalem;  
nam subiectum vnum non facit relatio-  
nem simplicem, sed facit vnam; sicut  
etiam scientia ab vnitāte subiecti ha-  
bet quōd sit vna qualitas, & habitus v-  
nus; sed per hoc quōd est facultas scien-  
di plura, extenditur, & dilatatur, & est  
quasi composita, vt potē augmentabi-  
lis. Eodem modo relatio sciētiæ, non  
habet relationem realem oppositam; &  
tamen dilatatur hæc relatio ad plura  
scibilia: & relatio paternitatis, quæ ha-  
bet plures filiationes oppositas, respi-  
ciendo illas extenditur: ergo tam sub-  
iectum oppositum, quā relatio oppo-  
sita, si multiplicetur, satis est vt ea re-  
latio indiuidua, quæ respicit plura subie-  
cta, aut plures relationes, extendatur,  
extēsiōe quadam modali, secundum  
modum entis, vt declarauimus. Et id-  
circo non sine causa proponitur dubiū  
de Spiritu Sancto, qui refertur ad duas  
personas, vtrum referatur ad illas dua-  
bus relationibus nostro modo intelli-  
gendi; sicut quidam aiunt scientiam re-  
ferri relationibus pluribus, ad plura sci-  
bilia: aut saltē vna relatione quasi ex-  
tēsa referatur Spiritus Sanctus ad Pa-  
trem, & Filium; sicut nos ponimus vnā  
relationem sciētiæ extēsam ad plura  
scibilia.

Aduertendum verō est, necesse non  
esse, vt quia vna relatio est extēsa ad

**A** plura, relatio opposita sit quoque ex-  
tēsa: nam hæc relatio, paternitas, est  
extēsa, non vt comparatur cum vna  
filiatione, sed cum pluribus; quia ab vno  
Patre possunt gigni filij plures: non ta-  
men singulas filiationes oportet esse ex-  
tēsas ad plures patres, imō est hoc im-  
possibile; neque ad eundem Patrem re-  
latio singulorum filiorum est extēsa:  
licet paternitas sit extēsa. At verō in  
relationibus primi generis, quæ in vni-  
tate fundantur, omnes relationes sunt  
æquē extēse; non quōd vna relatio hoc  
habeat ab alia; sed quia earum omnium  
vnum est fundamentum: omne quippē  
simile, est simile omni simili; & ita simi-  
litudō in singulis est æquē extēsa. Sed  
hoc est per accidens ad oppositionem  
relatiuam; quia dum bina similia com-  
paramus, in illa comparatione non est  
extēsiō ad alia similia: sed accidit his,  
vt sic binis acceptis, quōd ad alia simi-  
lia referantur.

**B** Si igitur fingamus vnum candorem  
in duobus corporibus (quod existima-  
mus impossibile) tertium corpus can-  
didum erit simile his duobus, in quibus  
est vna sola relatio similitudinis. Tum  
quæstio instituitur, vtrum in illo vno  
corpore sint relationes duæ ad corpora  
duo similia; aut saltē vna relatio aug-  
mentata, quæ duo respiciat?

**C** Qui ponunt in relato vno relationes  
plures eiusdem speciei, possent dicere  
in illo tertio candido esse relationes  
duas ad corpora duo candida, in quibus  
est candor vnus. Sed contra hoc est,  
quod diximus relationem mutuam præ-  
cipuè terminari ad relationem opposi-  
tam: quā obrem sicut sublata relatio-  
ne opposita, mutatur natura relationis;  
& idcirco maternitas Deiparæ est alte-  
rius speciei à cæteris: ita si in duobus  
corporibus, in quibus est vnus candor,  
vna sit relatio; vna quoque erit oppo-  
sita relatio in corpore vno, eō quōd to-  
tum esse relationis est ad oppositam re-  
lationem.

**D** At verō iuxta opinionem longē pro-  
babiliorē, quōd in vno relato non  
sunt relationes plures eiusdem speciei,  
sed vna indiuidua aucta siue extēsa;  
aduertendum est, quōd sicut in duobus  
subiectis creatis vnus & idem candor  
quandam haberet extēsiōem existen-  
tiæ, vt existeret in duobus; ita & simili-  
tudo

latio est extē-  
sa ad plura, re-  
latio opposita  
sit quoque ex-  
tēsa.

Ostēditur  
in paternitate.

Relationes pri-  
mi generis o-  
nes & singulæ  
sunt æquē ex-  
tēse.  
Ratio.

Similibus binis  
vt sic, accidit  
extēsiō ad al-  
ia similia.

6.  
In hypothēsi  
impossibili de  
duobus corpo-  
ribus vno can-  
dore candidis,  
quæstio de re-  
latione simili-  
tudinis quæ ad  
illa est in ter-  
tio corpore ca-  
dido.

7.  
In 1. sent. de  
qua c. 17. n. 3.  
Responsio esse  
relationem du-  
plicem.  
Refellit etiam  
in eadē ex cap.  
13. p. 2. n. 2.  
Item ex c. 14.  
n. 20.

8.  
In 3. veraque  
sent. de qua c.  
17. n. 4. aduert.  
Sicut candor  
ita similitudo  
in illis duobus  
corporibus ha-  
beret extēsiō-  
nem suæ exi-  
stentiæ, quæ  
bsoluta est.



Cōfectaria ref-  
pōtio ad quēst.  
Similitudo op-  
posita in 3. cā-  
dido haberet  
extensionem  
propter aliam  
similitudinem  
oppositam ex-  
tensam in duo-  
bus candidis.

9.  
In diuinis si-  
cut Deitas, ita  
relatio spira-  
tionis actiua  
in duabus per-  
sonis non ha-  
bet modos di-  
uersos entis,  
neque vllō mo-  
do dilatata est.

Confectaria  
resolutio titu-  
li, ac dubit.

Spir. Sanctus  
refertur ad du-  
as personas re-  
latione omni-  
nō simplici.

1. ratio est  
simplicitas di-  
uinorum.

2. ratio est  
simplicitas re-  
lationis oppo-  
sitæ.

10.  
Ad 1. argum.  
partis affirmã-  
tis.

Vt in relato,  
ita in correla-  
tione præcipuū  
quid est rela-  
tio, si tamē sit  
reale correlati-  
uum.

Ad 2. argum.  
Plurium filio-  
rum singulire-  
feruntur ad Pa-  
trem non ad æ-  
quatē, sed in-  
adæquatē.

tudo qua illa duo referuntur ad tertium, cum etiam existat existentiā absolutā, quandam extensionem haberet, vt possent duo referri relatione eadem extensa; aliter enim esset in vno, & aliter in alio penes modos diuersos entis. Quare similitudo opposita in tertio cā- dido haberet etiam extensionem ad illa duo subiecta eiusdem candoris non propter ipsa subiecta, quia in relatis mutuis quod præcipuè attenditur, est relatio opposita: sed esset extensa ad illa duo subiecta candoris, eò quòd ipsa relatio opposita esset extensa in illis, sic enim videtur declarari conuersio illa relatio- nis ad relationem, vt per omnia sibi in- uicem opponantur.

At verò in diuinis relationibus di- uersa penitus ratio est; sicut enim natu- ra diuina propter summam simplicita- tem non habet modos entis diuersos in personis tribus, quod libr. 4. tractatum est: ita relatio diuina, cuius existere est ipsum esse diuinum essenziale, ita est in duabus personis, scilicet spiratio acti- ua in Patre, & Filio, vt non habeat in il- lis modos diuersos entis, neque vllō modo dilatata sit. Sicut ergo duæ perso- næ referuntur ad vnam, relatione vna non dilatata, sed omninò simplici; ita persona vna, scilicet Spiritus Sanctus, refertur ad duas relatione omninò sim- plici, consentaneè ad ipsam naturam relationis oppositæ, vt in omnibus equa oppositio occurrat. Non solum ergo hæc relatio est simplex, quia in Deo om- nia sunt simplicissima; sed etiam ex ipsa natura specifica huius relationis, quia opposita est relationi omninò simplici.

Nihilominus sicut in relato id quod est præcipuum, est ipsa relatio quæ est forma; ita & in correlatio præcipuum quid est relatio opposita, si tamen sit reale correlatiuum. Nam relata tertij generis referuntur ad absoluta, vt ante docuimus: & idcirco cum relatio creaturæ non habeat terminum relati- uum, sed absolutum; nihil mirum est quòd relatio opposita, quæ est rationis, non sit præcipua ratio termini. Cum verò vnus Pater habet filios plures, sin- guli referuntur ad Patrem non ad æqua- tē, sed inadæquatē: quare non est ne- cesse quòd in singulis, filiatio sit dilata- ta, sicut paternitas dilatata est. In simi- libus autem quia est adæquatio, æquæ

A dilatata est similitudo in omnibus & in singulis.

CAPVT XXXIX.

*Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filium vt ad duos.*

**Q**Uòd Spiritus Sanctus referatur ad Patrem & Filium vt ad duos, ex eo probatur, quia procedit ab iisdem vt à duobus, quod libr. 2. declaratum est. Cum ergo relatio fundetur in proces- sione, eodem modo videtur ad duos re- ferri, quo à duobus procedit. Quare il- lud consequens est, vt per se referatur ad duos, sicut per se, & non per accidens à duobus procedit, quòd libro quoque secundo explicauimus.

Aduertendum etiam est, quòd cum dicimus Spiritum Sanctum referri, vt ad duos, non significamus terminum formalem, qui est vnus, scilicet spira- tor, vt docuimus; nam ad vnum termi- num refertur, scilicet ad spiratorem, sicut ab vno principio procedit: refer- tur tamen vt ad duos, scilicet ad hypo- stases, in quibus est relatio opposita.

Item dicimus Spiritum Sanctum re- ferri ad Patrem, & Filium ordine quo- dam, non quòd in relatione opposita spiratoris sit ordo; quia essent relatio- nes duæ; sed quia in ipsis personis, quæ sunt spirator vnus, est ordo, & relatio originis Filij ad Patrem. Itaque in actu exercito est ordo Spiritus Sancti ad Pa- trem per Filium: quòd affirmat Gregor. Nyssen. ad Alabium de Filio hæc dicēs, *Quod Spiritus sit ex Patre, non dubium est id per medium Filium esse.* & subdit, *Spiritum ab ea quæ naturalis est ad Pa- trem relatione non prohibet*, scilicet ipse Filius medius non prohibet referri Spiritum Sanctum ad Patrem. At verò quomodo Spiritus Sanctus per Filium referatur ad Patrem, & qua relatione, libr. 2. elucidatum est; ibi enim quoniam iaciebantur fundamenta necessaria isti- us quæstionis, ipsa quoque quæstio dis- putata est.

Vnum est reliquum, quòd hoc cap. oporteat tractari, cum Spiritus Sanctus referatur ad Patrem, & Filium, vt ad vnum, scilicet spiratorem; & vt ad duos, scilicet hypostases duas: an potius di- cendum sit ad vnum, quàm ad duos re- ferri?

1.  
Inscriptio pro-  
batur ex lib. 2.  
cap. 41.

2.  
Declaratur 1.  
In inscriptio-  
ne significatur  
sensus mate-  
rialis.  
In hac, Sp. Sā-  
ctus refertur ad  
Patrem, & Fi-  
liū vt ad vnū,  
significatur sē-  
sus formalis.

3.  
Declaratur 2.  
Spir. Sanctus  
refertur ad Pa-  
trem, & Filium  
ordine quodā,  
qui ordo in a-  
ctu exercito est  
ad Patrem per  
Filium.  
S. Gre. Nys.

Vide lib. 2. c.  
39, & cap. 60.

4.  
Difficultas, an  
potius dicēdū  
sit Sp. Sanctū  
referri ad vnū,  
quàm ad duos



Resolutio affirmatiua. Ostenditur.

In agentibus virtus agendi & actio præcipue attenditur.

In relatorum oppositione ipsa relatio præcipue spectanda est, vt cap. 38. n. 10.

Confirm.

In hac, Spir. Sanctus refertur ad vnum, est sensus formalis, & in actu signato.

In illa, Spir. Sanctus refertur ad duos, est sensus quasi materialis, & in actu exercito.

ferri? Dicendum verò esse videtur quòd sicut in agentibus, virtus agendi & actio præcipue attenditur; & ideò Pater, & Filius potius dicuntur spirare vt sunt vnū, scilicet virtute, & actione vnum; quàm vt sunt duo, scilicet hypostases duæ: ita etiam ad Spiritum Sanctum potius referuntur vt sunt vnum, scilicet relatione vna, & fundamento relationis vno. Et eadem est ratio vt Spiritus Sanctus ad Patrem, & Filium referatur potius vt ad vnum, quàm vt ad duos; quod ex cap. antecedente rectè colligitur; quia in relatorum oppositione ipsa relatio præcipue spectanda est. Et confirmatur, quoniam cum dicimus Spiritum Sanctum referri ad vnum, est sensus formalis, scilicet ad vnum terminum formalem, quasi in actu signato, vt docuimus. Cum verò dicimus referri ad duos, est sensus quasi materialis, & in actu exercito; quia refertur quidem ad personas duas propriè & formalitèr, sed tamen

**A** sub relatione vna spiratoris, qui est terminus formalis, & per se correlatiuum: sicut hæc propositio, Corpus quod est album, disgregat visum, est quodammodo materialis ex parte subiecti: hæc autem, Album disgregat, est formalis. Ita etiam hæc propositio, Pater, & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, est similis illi, Corpus quod est album, disgregat visum; quia illi duo non referuntur per paternitatem, & filiationem ad Spiritum Sanctum, sed sunt personæ relatæ relatione spiratoris. Sensu ergo formali Spiritus Sanctus refertur ad spiratorem, atque ideò ad vnum; & hoc Græci efflagitant à Latinis vt vnum correlatiuum Spiritus Sancti assignarent: propriè tamen ac formalitèr refertur etiam Spiritus Sanctus ad duos, propter relationem quæ est in illis; sicut corpus propriè, & formalitèr disgregat visum propter albedinem, quæ est in corpore.

Ostenditur exemplo. Hæc est quodammodo materialis ex parte subiecti, Corpus quod est album disgregat visum, & est similis illi, Pater, & Filius referuntur ad Sp. Sanctum.

Propriè tamè & formalitèr refertur etiam Sp. Sanctus ad duos. Ostenditur eodem exemplo.

---

LIBRI TERTII FINIS.



LIBER



Faint, illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LIBRI TERTII FINIS



Small, dark, illegible stamp or mark located below the decorative border.






















PORTVG  
D. GRAT.  
TOM. I.

